



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

V. Eidem de eadem re.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)

sed alios esse etiam volunt pueritiæ
doctores, ut sit locus optionis. Quod
ad nos attinet, ludimagistrorum ca-
teruæ veniant, doceant sanè sexcenti,
videant tamen qui publico consilio
præsunt, vtrum sit magis expediens,
gymnasia multiplicari, an crescere li-
centiam puerilem, discipulorum ani-
mos distrahi, sectarum fieri diuortia,
quot capita, tot esse sententiâs, impro-
borum & perditorum patere perfu-
gia, qui enim eorum, quæ vel admisit,
vel omisit pœnas, suppliciumq; formi-
dat, ad faciliores magistros confugiet,
tantoque erit & indoctior, & impro-
bior, quantò liberior. At est difficile
docere quamplurimos. Quasi verò
magistros nostros latere aliquid soleat
in tanta immensitate, quos pro nume-
ro discipulorum plures pauciores, pro
genere, moribus & natura seueriores
leniores adhibere Societas consuevit.
Mercenarios doctores multi quærunt,
ut pecunia conductis quas velint leges
imponant. Eisq; fidelioribus, constan-
tioribusq; vtantur ad suorum erudi-
tionem

G

tionem

tionem filiorum. Equidem à meis re-
 ctoribus quotidie admoneor, me sa-
 pe Prouincialis inuisit, neque mihi
 vnquam esse licet negligenti. Tam
 seduli, laboriosi, industrii; sumus
 quàm si præmiis & pecuniæ & laudi
 amplissimis afficeremur. Nosti inge-
 nium meum, nosti naturam, perspe-
 cti amicissimo tibi mores mei sunt
 beneficium libenter do, perinuit
 accipio, mecum; actum esse ducor
 clarè, quod eos ciues nactus sim, quod
 me nihil impediunt, quo minùs me
 esse similis possim, & in abstinenti
 proposito permanere. Quosdam mo-
 stros auditores, vt parù doctos istis
 dent, cùm ridèda sit magis puerorum
 ad studia optimarum artium immu-
 tura, præpropera, & intempestiua m-
 gratio. Sed hoc viderint & qui genu-
 runt, & qui rudes admiserunt: si enim
 illi in festinatione, hi in delectu no-
 peccarent, gymnasia flourerent. Tra-
 lusciniam mirè de suis filiis esse sollicita
 vt rectè, modulateq; canere discant, atq;
 ideò iuniores ex parentum institutione tam

gistras summa cum attentione solent audire, versusq; quos imitentur, accipere, quosque magna cum diligentia recitent, quadam enim vicissitudine, quo melius atque facilius discant, modo canentes parentes audiunt, modo quæ diligenter audire secum ipsæ meditantur, & attentiore cura promerere contendunt, itaq; fit, ut si quæ paruulæ capiantur, cum nondum canere didicerint, atque inter homines alantur, longè deterius canant, quoniam ante legitimum tempus à magistris subducta fuerint. Hæc his verbis M. Antonius Maioragius in proëmio commentariorum Ciceronis de oratore. Ergo in nos poëtarum principis versus illi conueniunt.

Qualis populea mærens philomela sub umbra,

*Amisso queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit, at illa
Flet nocte, ramoq; sedens miserabile carmē
Integrat, & mæstis latè loca questib. implet.*

Non nego esse multos, qui ex illo bonarū artium quasi mercatu eruditionem scientiamq; deportent, multo tamen plures essent, quos iactare Aca-

G 2 demia

demia possent, nisi competitio approbandi discrimen sustulisset. Quod si vlli in egregiis disciplinarum domiciliis præclare se gerunt, illi sunt ferè qui nobis lubètib; ad amplioris gymnasij sese magistros contulerunt. Quod & in humanioribus literis, & in virtute radices egissent, salui ex illis comitiorum, licentiæ, & largitionis fluctibus, incolumesq; ad portum pervenerunt. Equidem ab hac Academicarum vicinia semper abhorruim, haudq; literarium nunquam in illis locis aperiendum censui, vbi aut alibi Grammaticæ schola sit, aut vniuersitas doctrinarum. Nobis enim nisi ifugimus, summus erit labor in remigando ventis resstantibus, & semper aduersa tempestate. Pueris erit amius semper in patinis, id est in patentiore, liberioreq; spatio, in illoq; gymnasio, vbi quod lubet, licet: nullaque tam recta indoles est, quam non huiusmodi vicinitas, contagiaque corrumpant. Nam qui fures non sunt, fieri occasione solent: quod si Academic

ap- ipsi importunè rogantibus, impen-
uod- sius obsecrantibus gerendus mos esse
omi- videbitur, hæc in primis occludenda
ferè- ianua est examinis parum seueri, tol-
ym- latur etiam funditus pactio seruitutis,
Qui- nostrum sit promouere discipulos,
& in- non illorum, quos præsentatio cogat
k illi- omnia dare poscentibus, & repellere
ionis- neminem. Qui enim petitor est, huius-
per- modi causarum rectus iudex esse non
cade- potest, neque tam iuuenum in literis
i, lu- profectum explorabit, quàm suffra-
is lo- gandi animum, voluntatemq; tenta-
t ali- bit. Culpam quidem ille, cui hæc est
nerf- cura mandata, vitat, existimo, suspi-
si illi- cionem vitare non potest. Nos inqui-
em- unt, iudices similiter erimus non ad-
aper- modum incorrupti, & diutiùs quàm
t an- necesse sit, retinebimus auditores, erit
aten- enim dolori discessus, chariq; seiun-
gym- ctio discipuli: quasi verò quicquam
que- nobis fide sit sanctius. Quæ enim gra-
uiu- tis docere charitas iubet, eadem ad
rum- grauiiores artes perdiscendas cognita
erio- perceptaq; Grammatica coget aman-
emic- dare discipulos. Non te fugit, quàm
ip-

G 3 prou-

prouida & cauta Societas sit, quàm ti
 meat plebi dare sermonem. Ex ho
 fonte illa manant vetustioris Gram
 maticæ præcepta, quæ me authore tra
 duntur à nostris. Nec enim offender
 illos sponte volumus, qui hæc à nostris
 requirunt, quiq; post inuentas frug
 glande vescuntur. Hæc est causa cu
 Viues viuat adhuc, ob hanc eandem
 causam quinque difficiles scriptores
 mihi sæpe euenire solet, vt explicen
 quotidie. Illis enim & prodesse,
 obsequi non grauamur, qui intelli
 gendi cupidiores sunt, quàm red
 loquendi. Valerium Maximum, Suet
 tonium, Alciati emblemata illorum
 rogatu non inuitus expono, ex Am
 miano Marcellino, ex Plinio, ex Pom
 ponio Mela quædam illustro, Bre
 uarij difficiles locos, Ecclesiæ hym
 nos, Catechismum, diui Hieronymi
 epistolas, Concilium Tridentinum,
 quibusdam gymnasij mei hospitibus
 profim, libenter interpretor. Ordina
 rijs autem discipulis Ciceronem Ver
 giliumq; propono, interdum Seneca
 tra
 pu
 um
 bo
 tex
 ex
 ris
 cin
 mu
 qu
 am
 Cu
 tan
 bis
 ven
 Gr
 pus
 car
 trit
 ma
 hor
 qua
 Fra
 uin
 vid
 con

trago

tragœdias, Horatium, Martialemque purgatos, Cæsarem, Sallustium, Liuium, & Curtium enarramus, vt scribendæ orationis, pangendi carminis, texendæque historiæ commodum, exemplar habere possint. Ita & veteris Grammaticæ sectatoribus satisfacimus, & nouam addiscentibus, quæ multo nitidior est (si noua dici potest, quam antiqui illi pepererunt) satis amplam materiam suppeditamus. Cumque Emanuelis Alvarez Lusitani de arte Grammatica liber ille nobis valde probetur, loquitur enim & veriùs & floridiùs, quàm solent loqui Grammatici, tamen aureum illud opus fileri patimur, & in syntaxi explicanda barbarum speciei vocabulum, tritum tamen & notum in scholis Grammaticorum perspicuitatis causâ non horremus. Est quidem Latinum alia quadam notione verbi. Tempori Franciscæ cedimus, necessitati que seruiumus, ne nimis præfractè nostra tueri videamur. Non enim tam, vel nobis confidentes, vel excordes sumus, vt

G 4 patriam,

patriam, auitamq; Grammaticam re. ra,
 pente exterminari posse arbitremur. lis o
 Constructionisq; & regiminis vt vo sub
 cant, sedem non modò vetustate, sed sci
 auctoritate etiam publica vallatam & fra
 septam rescindamus. Sensim & pau iucu
 latim eò progrediemur, quò perueni lus à
 re cupimus, consilij & prudentiæ hoc re en
 opus est, non virium, non audaciæ cæli
 non roboris: quàm nos ames, amenc risq;
 que qui rectè de rebus iudicant, cum opti
 cta scit ciuitas, assidua tibi de hoc ipso vt re
 est pugna cū multis, sed noli laborare Cur
 Docendi nouitas non nobis inuidiam illi lo
 conflatur, sed docendi religio. Hinc illa leuo
 lachrymæ. Verentur isti ne liberi su pedi
 aliò rationes & consilia transferant sint,
 alta spectent, hæc humana & caduca in sa
 contemnant. Volunt illi quidem tutis
 suos nobiscum philosophari, sed paudæ, q
 cis, vt ille apud Ennium Neoptole oculi
 mus: neque nos ita multa, sed verè illo n
 non desinunt, quibus aliqua ex parte semp
 posset ignosci, si suo timore content exco
 alienos filios ad nos adire paterentur publi
 Heu quàm sunt difficilia quæ præclasti n
 ra, Fran

m re ra, Francisce, quàm est multorum te-
 nul. lis obiecta virtus, quæ verò & quanta
 t vo subsidia ad omnes casus ex optima cõ-
 e, sci sciencia quærantur, gymnasia hæc no-
 am & stra declarant, in quibus tot iam annos
 pau iucundissimè versamur, tametsi nul-
 ueni lus à maledictis vacuuse est dies. Place-
 e ho re enim hunc nostrum laborem Deo,
 acia cælitibusq; gratuiti, laboriosi, saluta-
 nent risq; negotij inuidia declarat, viris vt
 cum optimis, ita maximis probari sic lætor,
 e ipse vt reliquorum iudicia contemnam.
 rare Cur enim laboremus, quid de nobis
 dian illi loquantur, & sentiant, quos aut ma-
 c illa leuolentia, aut inscientia, aut liuor im-
 eri su pedit, ne de nostris rebus syncerè pos-
 rant sint, & rectè iudicare? Fortasse etiam
 uca in saluberrima cura versantes iuuen-
 lem tutis informandæ, & à vitiis abducen-
 pau dæ, qui haud ita sunt sancti non æquis
 tole oculis aspiciunt, instigante veteratore
 erer illo maximo, humaniq; generis hoste
 arte sempiterno: qui multas & varias artes
 tent excogitat, inuenitq; quotidie, quibus
 ntur publica causâ lædatur. Sed detrahant
 e clasti nobis quantum volent, nos tamen
 Fran

G 5 vtab

vt ab optimorum consiliorum eura
 depellant, & rectissima mente deducant, non assequantur. Plurimi ex his quos erudimus, vel ingratiissimi erunt, quod est tolerabile, vel impurissimi & flagitiosissimi, quod est graue malum, & non ferendum: sed instar omnium illi sint nobis, quos vnum quodque gymnasium dare consuevit, ita præclaros, vt ex eorum aspectu magistrum incredibilem capiant animo voluptatem: seque illorum factis animam uertendis & considerandis felices arbitrentur, & cum diuo Paulo propter electos omnia sustineant, ac perferant. Est enim quorundam vitæ sapientia, & probitatis norma, veritatis exemplum, index pudor, nuncia sanctitatis, in multisque disciplinis, non aliter quam in speculo reformationis, vis ipsa cernitur, fertili agri illi esse solent, quos Societas excolit, vt tamen ex hoc fructum multo plenior, quam ex aliis speremus, admonent ipsa principia, vt enim in his copia ubertatem pollicetur ager,

*2. ad Tim.
cap. 2.*

colis, sic nostrarum rerum hæc difficultas fertilitatem, abundantiamque promittit. Vale & mihi parcere, deq; meis rebus tam amanter cogitare desine. Quicumq; enim rerū exitus erit, in portu nauigamus. Quid enim turbemur in plurimis, qui illum vnum intuemur, in quo viuimus, mouemur, & sumus, cuius aspectu si diuinæ legis cultores erimus, in omnem aternitatem perfruemur.

PATRI IACOBO AVELLANEDA.

De utilitate Seminarij.

ICERO ille, qui & summus Philosophus fuit, & summus orator, Solonem, qui Arcopagum constituisset, legumq; lator Atheniensium fuisset, Themistocli, à quo superatus est Xerxes, pugnaq; illa Salamina confecta feliciter, re quidem prætulit, & ratione, licet verbis æquasse videatur. Cùm enim affirmauisset, non minùs præclarum iudicari

1. Offic.